



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De Tabvlatu Ad VsVm Ecclesiae distinguendae. Cap. XXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Confessionalia quo loco Ecclesiæ
constituenda.

A Latere ecclesiæ extra capellæ ma-
ioris ambitum loco aperto paten-
tiæ confessionalia constituantur; par-
tim à meridionali regione, partim à se-
ptentrionali.
In alijs etiam ecclesiæ locis, pro ratio-
ne amplitudinis, & situs ecclesiæ, Epi-
scopi concessu aliquando collocare lice-
bit, vt in capellis quibusdam amplè pa-
tentibus, aut in earum aditu vel limine,
ita vt confessarius intra clathri septa,
pœnitens verò extra sit: quo fiat, vt clath-
ris capillæ arceantur, qui ino dinate
concurrentes ad sacram confessionem,
nimisq; e propè alijm qui tunc pecca-
ta sua co-fretur, vel ipsum pœnitentem,
vel confessariorum facile interturbant.

De loco confessarij, & pœnitentis item.

COnfessionale in ecclesia, si ab euan-
gelij, quod in altari maiori recita-
tur, latere collocabitur; tunc pœnitentis
scabellum & fenestella à dextra con-
fessarij sit; rursusque ab illius sinistra,
cum à latere epistole illud erit: vt & con-
fessarius à parte superiori ecclesiæ sém-
per sit; pœnitens aspectu sit ad maius al-
tere, caputve ecclesiæ versus.

DE TABVLATO AD VSVM
Ecclesiæ distinguendæ.

Cap. XXXIII.

ET quoniam ex instituta antiqua, à
Batoque Chrysostomo testificata
consuetudine, & in plerisque huius pro-
vinciæ locis olim visitata, in ecclesia se-
paratim à saemini viri esse debent; for-
ma & modus distinctionis ecclesiæ eius
modi esse potest.
In ecclesia igitur, insigniori præsentim,
à capellæ maioris ingressu usque ad ianuam maiorem, tabulatum per medium
ecclesiæ gremium rectâ ductum, colu-
mellis ligneis solidis quinque cubito-
rum spatio singulis inter se distantibus,
in paumento que firmiter agglutinaris
affigatur: ac si tabulae se tales ex quibus
compositum esset, aliquando amouendæ
sunt, canalibus parvulis in unaquaque

columella ab uno & altero item latere
excavatis, aliove modo confectis, to-
tum altè committitur.

Cuius tabulati altitudo cubitis circiter
quinque extratur.

Ita verò in ianua maiori committatur,
vt illam medianam diuidat, sicque diuisa
ac distincta, partim viris partim mu-
lieribus ad ecclesiam aditum diuisim di-
flincte que faciat.

Sint autem in tabulato ianuæ quæ-
dam certis locis perspicuis: quæ valvis
& pessulis clausæ, tunc solum aperiāntur;
cùm ab una ad alteram partem tran-
stum necessariò fieri opus est.

A qua parte autem concio habetur, quò
facilius commodiusq; fideles concio-
nato rem conspiciant; tabulatum (cùm
eo tempore demissus aliquanto extare
debeat) à summa parte tabulis comit-
tatur: quæ fibulis ferreis annexæ, & hinc
inde parvulis pessulis clausæ, cum opus
est aperiri & demitti possint eisdem fi-
bulis appensæ.

Quibus etiam in ecclesijs aliquando ne-
cessitè est, vt cum ab una parte Missa cele-
bratur, qui ab altera sunt, eidem Mis-
sæ sacro interfint; eadem ratio tabulati de-
mittendi adhiberi poterit.

Fibulæ autem ad tabulati demittendi
vsum (u genibus flexis fideles à qua par-
te sunt, sacerdotem in altera celebran-
tem prospiciant) à paumento distent
cubitjs duobus; si ad concionis audien-
tæ vsum tantum sint, cubitjs tribus.

DE SEDILIBVS MVLIEBRIL-
bus, quas bradellas dicunt.

Cap. XXV.

QVibus in Ecclesijs Episcopus ali-
quem bradellarum vsum permit-
tendum censuerit, earum forma sequens
constituetur; quæ in Ecclesia à parte
mulierum collocatæ, cùm ad fedendum,
tum ad genua flectenda illis vsui erunt.
Pars uero mulierum septentrionalis sit,
nisi qbus in Ecclesijs, pro ratione situs,
aliate causa Episcopus alter statuerit.

Alleres igitur seu trabes parvulæ quer-
neæ tres, crassitudine vñciarū quinque,
longitudine cubitorum trium & vñciarū
run sexdecim, altitudine vñciarū octo,

in